Collectanea medica inauguralia, sive systematis vasorum absorbentium succincta descriptio ... / [Lambertus Lucas van Meurs].

Contributors

Meurs, Lambertus Lucas van. Universiteit van Harderwijk.

Publication/Creation

Hardervici: Apud Joannem Moojen, [1786]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/fgu6vcec

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org COLLECTANEA MEDICA INAUGURALIA, SIVE

SYSTEMATIS VASORUM AB-SORBENTIUM SUCCINCTA DESCRIPTIO.

QUAE,

ADNUENTE SUMMO NUMINE,

EX

AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

10H. HERM. SCHACHT.

5. THEOL. DOCT. ET PROF. PRIMARII, THEOL. AUTEM TYPICAE AC PROPHETICAE ET ANTIQUITATUM SACR. ORDINARII, ACADEMIAE ITEM A CONCIONIBUS SACRIS,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU NOBILISSIMAEQUE FACULTATIS MEDICAE DECRETO

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO AC SOLENNI EXAMINI SUBMITTIT

LAMBERTUS LUCAS VAN MEURS. ARNHEMIA GELRUS.

SOCIET. REG. MED UT ET SOCIET. HIST. NATUR. STUDIOS. AC SOCIET. CHEM. EDINENSIUM SODALIS.

A. D. VIII. JUNII MDCCLXXXVI. H. L. Q. S.

HARDERVICI,

APUD JOANNEM MOOJEN, ACAD. GELR. ZUTPH. TYPOGR. ORD.

Expertisj: Viro Haighto and for

SYSTEMATIS VASORUNI AR. SORBENTIUM SUCCINCTA DESCRIPTIO.

COLLEGIANERNENICA

INALU RALIA,


Veneror inventa sapientiae, inventoresque; adire tamquam multorum bereditatem juvat. - Mihi ista acquisita, mihi laborata funt. - Sed agamus bonum patrem familiae; faciamus ampliora quae accepimus, major ista haereditas a me ad posteros transeat. - Multum adbuc restat operis, multumque restabit, nec ulli nato post mille saecula praecludetur occasio aliquid adbuc ad-PRO GRADU DUCTORATUS jiciendi. summisque in minicipa monorieus es rarvicente

ME CONSEQUENCES, SENECA Epist. 64.

ARNHUMIA GELLUS. SOCIETY REG. MED. MT ET SOCET. HERE MATCHE STUDIOS. AC SECTET. CHESE EDENSHIM SODALIS.

M. D. with Stone Bellevel Miller

ACAD. DELB. EUVER. TIRO



PATRI. OPTIMO

FRANCISCO. VAN. MEURS

PIUS. FILIUS

L. L. VAN. MEURS

PATRI OPTIMO

FRANCISCO. VAN. MEURS

PIUS FILIUS

det atterfort sin etiment i igt afferden in a set

T. II VAR. MEURS.

The second of th

isso quequa amicissimo prometore, sidelisso suiver &

ad roguen asque colendo proceeptore, char: FORSTEM

Justore, schema operis incepti, collectaneorum forma,

We quis very puret; plane a me develishing affiledies.

pro tentendire, inaugurali offices vaturo dexil

Logi academicae, conscribendi operis alicujus tentaminis inauguralis loco habendi, pariturus, dum peregrinarem, haeserat animus pleniorem de systemate vasorum absorbentium toto tractatum edendi, quad contineret historiam, anatomiam, physiologiam, atque pathologiam hujus systematis vasorum, minus sane jam cogniti. — Persequendo & exsequendo scopo multum a me impensum fuit temporis, nec frustraneo tentamine, quod ipse mihi gratulor, operam perdidi. —

Enim vero plurimam, eamque difficillimam, operis partem jam perfeceram, propriisque institutis dissectionibus atque injectionibus eo perveneram usque, ut tabulas illorum vasorum in C. H. exarare potuerim.

Verum inopinato morbi, mense Januario & Februario, aggressu, quod inceptum suerat ab omni parte persicere nolens volens prohibitus sum. – Jam autem, quum terminati limites sint palestrae academicae, quos

excedere multa vetant, proposito scopo necessario valedicendum fuit, atque, urgente tandem temporis penuria,
ipso quoque amicissimo promotore, sidelissimo semper &
ad rogum usque colendo praeceptore, clar. FORSTEN
suasore, schema operis incepti, collectaneorum forma,
pro tentamine inaugurali offerre ratum duxi. —

Ne quis vero putet, plane a me derelictum esse edendi operis, magna pro parte jam elaborati, propositum! — talia non fert animus; ut perfectum magis atque attentiori examine dignius illud lectoribus meis tradatur, est, quod vellem. —

Haec interim accipiant collectanea, tentaminis academici loco. — Inserviant haec, ut normam monstrent, ad quam opus, postea edendum, dirigendum esse censui; faveant hisce benevoli, ne ab opere, jam incepto deterreant me penitus; — faveant, ut stimulus addatur pectori publicae utilitati unice devoto, quamque omni opera, quantum in se fuerit, promovere nunquam desinet.

of Fernis institute merbi, mente Jennacia & Lebeur-

error, courefus, most incentum fuerat ab ouni parta

the way - and millioning andre a plan confidence

COLLECTANEA MEDICA INAUGURALIA.

SYSTEMATIS VASORUM ABSORBEN-TIUM SUCCINCTA DESCRIPTIO.

I. HISTORIA.

Quo perfectior sit artis alicujus theoria, eo certior praxis; nec unquam hujus errores penitus eliminari posse videntur, nisi purgata prius theoria.

An Mechanices artificia, instrumenta, perfecta fuere unquam, antequam materiae, ad construendas machinas necesfariae, proprietates clariori in luce apparuere?

Nec fallit haec regula in Mechanismo Corporis Humani:

Subtilior fingularum corporis nostri partium investigatio, cognitio, distinctam magis reddit oeconomiam ex omnium partium harmonia profluentem; quo magis autem distincta sit vera H. C. oeconomia, eo certior dijudicatio de parte laesa; quo facilior appareat in pathologicis functionis cujusdam laesio, eo sirmiori insistens basi, eo dijudicatius, sua Practicus adaptat media.

Artis Hippocraticae fata si lustremus hanc veritatem is aprico positam conspicere licet: — enim vero neglecta curatior fabricae corporis investigatio labantem semper comitem habuit praxin; — illudque verae C. H. structurae studium saepissime a medicis, pro ludibrio & contemptu ferme dixerim, fuisse habitam, proh dolor! nimium lugendi caussa datur.

Veteribus sic quaedam suere cognita, quae posteri neglexerunt iterum desidiosi; — hinc denuo prius cognitorum oblitio, turpisque regeneratae quasi ignorantiae genuina sons aperta.

Sic quoque videntur HEROPHILUS, HIPPOCRATES, ERASISTRATUS atque GALENUS quaedam de vasis lymphaticis
vel certo novisse, vel subolfecisse faltem, quae demum omnino neglecta sunt, atque oblita, usque dum ASELLIUS
Aº. 1622. absorbentia vasa in intestinali tubo casu denuo
detexit fortuito.

Quos ille habuit numerosos valde adversarios, obtrectatores, luce meridiana clarius probant, quantum a vero investigandi, naturam perquirendi, artemque, ita observatis perficiendi studio alieni fuerint prisci.

Purgata autem magis arte a praedecessorum segnitie, viguit magis Anatomia post vesalium, viguitque totus Medicinae ambitus:

Redierunt tandem naturam scrutantes posteri in verum

tramitem, a parentibus derelictum; quae prisci tradiderant examini subjecerunt, atque laboriosis comprobarunt tentaminibus, quae vel tenebris obvoluta, vel penitus quafi oblita per aevum manserant.

PECQUETUS, EUSTACHIUS, RUDBECKIUS, atque TH. BAR-THOLINUS absorbentium vasorum cognitionem novis observatis atque investigationibus naturae laboriosis coeperunt restaurare; - plura addidit felix atque indefessus Anatomes cultor RUYSCHIUS; valvulas ille in lymphaticis vasculis detexit, descripsitque accurate. -

Lymphologiam tradidit aestumatione dignissimus NUCKIus: - Sed mirum utique, post tot diligentissime factas lucubrationes ne quidquam ulterius incrementi per plures annos habuisse lymphaticorum vasorum studium; - siluit ferme Anatomicorum hac in palaestra gnavitas, quin immo post NUCRIUM ab opere quasi desistendum censuerunt, acsi ille durum hoc, non plus ultra jam addidisset; quod ipse sentit quoque MECKELIUS pater, dum scribat "nova post , NUCKIUM, aliosque praeclaros viros, in his detegere, a-, deo sane impossibile pluribus videri posset, ut his potius , fupersedere satius quivis ducere non erubuerit." — (a) Verum quae postea ab eodem hocce Viro Illustri, a gu-LIELMO atque JOANNE HUNTERO fratribus, a MONROO filio,

⁽a) in Diff. Epift. de vasis Lymphaticis glandulisque conglobatis, ad HALLERUM.

ne minime quidem perfectioni praedicatae adaequatum fuisfe fystema hoc absorbentium vasorum monstrant; quo magis desudarunt recentiores, diligentioresque illi Anatomici
in investigandis absorbentibus vasis per totum C. H., tanto
magis desicientem invenerunt eorum catalogum a praedecesforibus traditum, & multum quoque abest, ut jam omnia
perfecta habenda sint, multum adhuc desicit, non nisi strenua operis navatione eruendum tandem.

Interim fateri cogimur, maximam laudem, ni fere palmam ab Anglis hac in palaestra jam esse reportatam, & jure merito. —

Enim vero, lymphaticorum historia nullibi perfecta magis quam inter Anglos, strenuos utique atque diligentes artis anatomicae cultores. — Glorientur illi saeculum & quod excurrit abhinc factum harvaei de circulatione sanguinis vera inventum; glorientur magis jam perfectam, atque ad culmen fere deductam, lymphaticorum historiam sua in insula: — gaudeant tanto magis, dum anatomicorum nulius ac medicorum per rari nova haec de vasis lymphaticis facta observata ambabus ulnis grati admodum accipere recusent. Aliud autem suit harvaei inventi satum, quod plurimis iisque pergravibus non tantum objectionibus vexatum, ast quoque a segnioribus fronte esfraenata plane rejectum suit.

Non autem lymphaticorum investigationi adhuc superse

dendum judicaverim, desunt adhuc totius systematis ad naturae normam ductae delineationes, plurimorum Organorum absorbentia hucdum in cognita sunt, a quibusdam saltem ita habentur, licet revera non sint; id igitur, quod deëst, persiciatur adhuc gnaviter; cui scopo & meum, quantum licuerit, in opere post hac edendo, adjectis tabulis, auxilium praestare, est quod animo volvi: — Num quid perfecerim, neque frustra operam perdiderim, judicet aequus lector. —

Ho. ANATOME.

Docet autem Anatome, facili satis injectione quam plurima in extremitatibus inferioribus dari vasa lymphatica sive absorbentia; licet hallerus (b) dicat: — "Se in artubus nunquam quidem vidisse vasa lymphatica." — hewsonus, felix quondam inter Londinenses Anatomicus, atque Gulielmi hunteri admodum familiaris, in libro, quod
dicitur Experimental inquiries containing a description of the
Lymphatic System (c), primus, & hucdum unicus suit, qui
tabula adjecta duplicem, superficialem sculicet atque prosundum ordinem absorbentium vasorum in extremitatibus inserioribus demonstravit, depinxitque admodum accurate.

A 3 §. EX-

(b) Elem Physiol. tem. 1. Sect. 2. pag. 170.

(c) Latino sermone hunc librum edidit amicus inter Leidenses Med. Doct. J. Th. van de Wynpersse titulo descriptio systematis Lymphatici; praesationem addidit HAHNIUS; tanti viri ingenio atque acumine dignissimam; qua scilicet pleraque dubia Physiologica & Pathologica de Lymphatico Systemate examinantur, dijudicantur.

S. EXTREMITAS INFERIOR.

Variationes autem quasdam ab illa HEWSONI tabula obfervare mihi licuit: — Sic primo plexum vidi infignem vaforum lymphaticorum supra dorsum pedis dextri; — deinglandulam in cellulosa parte intra tendinem Achillis & tibiae
faciem posteriorem inveni, unde progrediebatur insignis lymphaticorum plexus gastrocnaemios obtegens musculos totamque posteriorem cruris superficiem; — itidem in cavitate,
subpoplitea dicta, tres semel reperi glandulas lymphaticas. —
Omnia jam extremitatis inferioris absorbentia tendunt ad
glandulas in inguine sitas: — ea autem lymphatica, quae
profundius sita sunt, saepius cum superficialibus dictis anaflomoses faciunt; — quaeque in natibus dantur absorbentia femur ambiunt, & glandulis immiscentur ad Poupartii
ligamentum, sic dictum, sitis, vel anastomosi junguntur interdum cum plexu lumbari intra abdomen.

S. GENITALIA MASCULINA.

Quae a Genitalibus Masculinis oriuntur absorbentia anastomosin cum absorbentibus semoralibus faciunt per glandulas superiores in inguine; tres vero ut plurimum rami majores lymphatici in dorso penis conspiciuntur.

S. SCROTUM.

Ab omni scroti ambitu numerosa valde exoriuntur vasa

lymphatica, quae omnia versus inguen tendunt; — confunduntur alia cum absorbentibus testiculi vasis, pleraque autem cum semoris lymphaticis juncti juxta arteriam Iliacam abdomen intrant.

S. TESTICULI.

Testiculorum lymphatica, quae numero insignia sunt, ab exteriori parte tunicae testis albugineae facili negotio mercurio
replentur, eaque maxima pro parte cum vasis spermaticis abdomen intrant; nonnulli autem rami lymphatici hujus organi
quandoque cum penis & scroti lymphaticis uniuntur; nonnunquam vero ad plexum lumbarem dimittit absorbentes ramulos testis, dum eorumdem alii surculi mesenterii glandulas
afficiant, atque ad renes decurrant; magna tandem quoque
illorum vasorum pars directe petit ductum thoracicum.

S. PELVIS.

De plexu inguinali pleraque secedunt vasa absorbentia, quae pelvim perreptant, per telam cellulosam ibidem distribuuntur, atque numerosissimas intrant glandulas in pelvi sitas, sicque anastomosi junguntur cum sociis absorbentibus oppositi lateris.

Caetera jam femoris lymphatica plexum formant lumbarem, ramulos inde dimittunt ad musculos abdominis, atque terminantur tandem in trunco communi sive ductu thoracico.

. VESICA. TO SEED COMMINGE

Ab interiori vesicae parte, a glandulis scilicet pone urethrae bulbum sitis lymphaticorum truncos mercurio repletos vidi; ab externa vesicae parte absorbentia nondum quidem vidi injecta; interim & ibi dari haec vasa, diligenti scrutatione reperiunda, nullus dubito.

S. RENES. sasinas sing incires

Renum lymphatica duplicis ordinis funt; — intrant nonnulla pelvim renis, quae profunda tum dicenda funt; dum quatuor, quinque, vel fex rami majores fupra renis fuperficiem distribuantur, quos ramos majores mercurio replevi saepius per absorbentia in testis tunica albiginea immisso. —

S. HEPAR.

Hepatis lymphatica totam hujus visceris superficiem, dum injecta sunt mercurio, retis ad instar pulcherrime texti obtegere videntur, interjectis hinc & illinc truncis veluti majoribus, unde ramuli in diversa reptant; profunda quoque in hoc viscere adsunt absorbentia, quae vasa plerumque concomitantur arteriosa, atque cum superficialibus junguntur anastomosi.

S. CYSTIS FELLEA.

Cum arteria autem cystica duo vel tres plerumque majores absorbentium rami superficiem cystidis adscendunt, atque Omnia vero haec hepatis lymphatica vel ad ligamentum tendunt, coronarium, vel ad dextrum hepatis ligamentum, unde juxta venam cavam atque diaphragma descendentia haec vafa, uniuntur deinde in truncum unum, qui spinam versus flectitur, atque cum capite majore diaphragmatis illius lateris deorsum progreditur, saepius glandulam adit ad sinem fere capitis diaphragmatis sitam, tumque in ductum terminatur thoracicum unico ut plurimum canali.

S. LIEN.

on in citieroun verstealited leadersm.

Lienis absorbentia vasa similiter admodum numerosa conspiciuntur, non autem reticulata adeo ac illa in hepate; majores quidem dantur utplurimum quinque trunci unde reliqua vasa, tamquam rami, profiliunt: — Ea, quae concavam lienis superficiem occupant vasa, atque convexae partis pleraque, unum formant eumque insignem truncum, qui
juxta caput diaphragmatis majus a latere sinistro descendit,
atque paululum inferius, quam truncus hepaticus, in ductum
terminatur thoracicum: — antequam vero terminatur glandulam trajicit ea fere in parte abdominis sitam, ubi vasa renum emulgentia exoriuntur. — Renum lymphatica quandoque tendunt ad huncce ramum lienalem; saepius cum eo
miscentur in glandula jam memorata; pluries autem unicum

M 3 4 2

tantum ad istam glandulam lymphaticam dimittunt absorben-

S. CAVUM ABDOMINALE.

Abdominis reliqua vasa absorbentia vel ad plexum tendunt lumbarem, vel in majoribus terminantur absorbentium ramis, quae supra psoam musculum ad externam arteriae Iliacae partem decurrunt, atque ut plurimum una cum intestinorum crassorum absorbentibus prope arteriam mesentericam inferiorem in cisternam terminantur lumbarem.

S. CANALIS INTESTINALIS.

Quae ab Intestinali tubo exoriuntur lymphatica sive abforbentia vasa ab auctoribus vulgo dicuntur vasa Lactea: —
Supra intestinorum tunicam decurrent haec transversim aliquantulum, slectuntur deinde ad mesenterium, in plures dividuntur ramos, glandulasque petunt ac trajiciunt mesentericas; — dum tenuium intestinorum vasa absorbentia in cisternam desinunt lumbarem, eo ut plurimum in loco ubi superior prodit arteria mesenterica; — verum pauciora crasforum intestinorum absorbentia cum numerosis in pelvis posteriori parte, jacentibus glandulis lymphaticis uniuntur,
cum vesicae absorbentibus junguntur, atque una cum illis
communi quasi trunco canali inseruntur majori, ductui thoracico. —

处米 11 米必

S. VENTRICULUS.

Absorbentium ventriculi duplex ordo datur prouti ad superiorem aut inferiorem, vel, ut loqui amant auctores, ad majorem minoremve curvaturam hujus visceris decurrentes observantur trunci duo lymphatici principales: - Cardiam magnus lymphaticorum plexus ambit, plerasque trajicit ille plexus glandulas ad ventriculi superficiem, & prope arteriam gastricam, sitas: - forsan etiam peculiarem habent nexum cum glandulis minoribus, ea in parte cardiae admodum numerosis, ubi oesophagus septum transversum persorat: - has autem glandulas, quae glandulis BRUNNERI vel & congregatis in intestino canino glandulis figura admodum adfines funt, a nullo hucdum anatomico notatas aut descriptas novi: - defunt & mihi hucusque tentamina sufficientia, ut quid proprie sint sidenter determinare ausim. Qui ab inferiori five majori ventriculi curvatura profiliunt rami lymphatici plexum formant circa pylorum, deinde duodeni intestini nonnullis, atque pancreatis absorbe tribus juncti ramum interdum accipiunt lienalem, atque ad ramum tendentes hepaticum, sic tandem una cum eo in ductu terminantur Pecquetiano, sed saepius quoque solitarii hoc in canali definunt.

S. PANCREAS.

Numerofos quidem verum irregulares habet absorbentium

ramos pancreas, qui, cum ventriculi lymphaticis juncti, ims

In cadavere tandem feminino pro varietate partium, datur quaedam, sed laevis, absorbentium differentia.

S. PUDENDA ET VAGINA.

Sic enim pudendorum atque vaginae absorbentia minus quidem cognita sunt, atque difficilius injiciuntur; — certo autem dimittunt ramos ad glandulas inguinales superiores, quod bubones, ex absorpta in lue venerea virulenta materia exorti, manifestum reddunt.

S. UTERUS.

Uteri absorbentia, licet ipse injiciendi copiam nondum habuerim, splendidissimum tamen horum exemplar Londini videre mihi licuit in musaeo GULIELMI HUNTERI.

S. OVARIA.

Nec non absorbentium in ovariis specimina monstravit mihi amicissimus in obstetriciis praeceptor Anglus Lowderus: -tendunt ovariorum absorbentia partim ad plexum lumbarem, partim cum vasis spermaticis renem versus slectuntur; cum ramis uniuntur renalibus, sicque tandem communi trunco desinunt in canalem pecquetianum.

Uteri absorbentia cum illis ovariorum uniuntur pro parte, pro parte autem coeteri absorbentium rami ad ligamenti femoralibus, glandulisque in regione inguinali siris.

S. PLACENTA.

Nec absorbentia vasa huc dum in placentis animalium demonstrata sunt, nec, si quid valeat ratio, ibidem invenientur unquam, dum absorbentia nulli naturae scopo heic loci inservire posse videantur.

Quae in thorace continentur viscera non minus ac coeterae C. H. partes absorbentium vasorum multitudine gaudent insigni.

S. PULMONES.

Pulmonum facies ubivis serpentino ductu repentibus abforbentium vasculorum ramis tecta conspicitur; quae omnia
versus bronchia tendunt; glandulis ibidem numerosissimis
nigricantibus inseruntur, ductumque sic petunt lymphaticum
magnum,

S. COR.

Cordis superficies, quod HEWSONO incognitum, vel saltem ab eo notatum non suit: absorbentibus gaudet ramosis
pulcherrime distributis: — alter; & major truncus, pulmonalem ambit arteriam quasi plexum eo in loco formans
insignem; alter vero ramus aortam versus tendit plexumque
priori similem constituit: — ramuli quidem glandulas petunt

B 3

lam tendunt majorem ea in parte thoracis sitam ubi venarum subclaviarum unionis punctum datur: — alius ramus procedit libere & solitarius juxta costas, ibique cum absorbentibus jungitur intercostalibus; — omnes tandem ramuli conjunctim glandulas intrant sub clavicula vel ad superiorem sinistramque sterni partem sitas, atque sic in ductu thoracico terminantur antequam ille sub jugulari vena slexus angulum versus tendat ab unione jugularis atque subclaviae venarum oriundum.

S. COSTARUM REGIO.

Intercostales arteriae comites quoque habent absorbentium ramos, qui totum thoracis cavum ambientes, vel statim maxima pro parte desinunt in canalem Pecquetianum, pauci vero ramo cordis lymphatico, ab aorta profiliente, juncti cum illo tandem, loco supra jam memorato in lymphaticorum quasi oceanum magnum aperiuntur.

Plexu lymphatico teguntur quasi va a sanguinea sub claviculis sita, glandulisque, ea in parte valde numerosis, miscentur absorbentia, junguntur: — accipiunt quoque plurimos ab extremitate superiore provenientes absorbentium ramos.

S. EXTREMITAS SUPERIOR.

Sicuti in extremitate inferiori jam vidimus, duplicem ad-

esse absorbentium ordinem, profundum scilicet atque superficialem, idem quoque de hac superiori extremitate certo certius notare licet, quamvis HALLERUS (d), iterum dicat "tenuem tantum notitiam his de vasis ad se pervensse."

Conspiciuntur numerosi admodum absorbentium rami in dorso manus, atque ramus, injectioni aptissimus, in cellulari reperitur, indicem respiciens digitum. — Obtegunt saccabsorbentia aeque dorsum ac interiorem antibrachii partem. — Pone metacarpi pollicis os ab interna sive volae manus parte alius datur lymphaticorum insignis ramus, per quem mercurium immittere facili satis negotio possumus, indeque tota interior antibrachii superficies vasis tegitur absorbentibus: — juxta radialem vero arteriam multa decurrentia vidi vasa absorbentia profunda sic dicta: — semel quoque observare mihi licuit majorem glandulam, ab auctoribus non notatam; scilicet supra processum anconaeum ad externum brachii latus, quorsum omnes sere tendebant ab interna antibrachii parte sita absorbentia vascula quae ramos ad minimum majores septem constituebant —

Ab interiori vero brachii parte, ad cubiti flexuram tres plerumque dantur glandulae lymphaticae, quas vasa antibrachii absorbentia trajiciunt: — Frequentissime etiam haec vasa lymphatica, dum in itinere pergunt, anastomosi invi-

cem

⁽d) Elem. Physiol. tom. 1. pag. 175.

cem uniuntur, atque secedunt iterum majoribus quidem sed numero ut plurimum minoribus ramis, usque dum, interiorem semper brachii partem tenentes, ad cavitatem adscenderunt subaxillarem; - plurimas eo in loco offendunt glandulas, mirifice contorquentur atque miscentur invicem, cumque plexu glandulari sub clavicula sito, de quo supra memoravi, communicant per ramulos numerofissimos; sicque tandem definunt cum plexus illius vafis in ductu thoracico. -

Verum absorbentia superioris extremitatis a latere dextro: non uti ea in finistro latere, ad ductum tendunt thoracicum, fed unum prope jugularem venam formant truncum majorem, plerumque ex tubis, quatuor, aut quinque minoribus ramis cervicalibus conflatum; - miscetur cum illis faepius ramulus a glandula thyreoidaea proveniens; - alia quoque lymphatica, quae a ramulis abforbentibus de parte thoracis dextra, ab intercostalium scilicet atque pulmonum furculis, confluxerant, hic invicem uniuntur, atque ita ex omnium furculorum congerie unico formato communi trunco ad angulum a vena fubclavia dextra atque jugulari ejusdem lateris factum, definunt -

Quae ab externa thoracis parte inveniuntur absorbentia versus axillam tendunt omnia, spirali quasi ductu pectus ambientia; in cavitate autem subaxillari cum absorbentibus fuperioris extremitatis miscentur, glandulisque fubaxillaribus inferuntur. ---S. OE

处米 17 米必

S. OESOPHAGUS.

OEsophago plurima quoque absorbentia competunt, vel directe in ductum Pecquetianum terminantia, vel ad glandulas bronchiales, tracheales aliasve in vicinia sitas glandulas tendentia.

men in home S. TRACHAEA.

Similis quoque est lymphaticorum tubi aëriferi status:

an autem glandulae in membranosa trachaeae parte inventae
ad systema lymphaticum pertineant, assirmare nondum certo
lubet; non autem omni veritatis specie destituta, atque
ulteriori examine dignissima res videtur.

S. GLANDULA THTROIDAEA.

Plerosque habet lymphaticorum ramos glandula thyroidea, quos vel dimittit ad glandulas a laterali cervicis parte fitas, vel cum aliis tracheae atque oefophagi abforbentibus miscet: — Semel ab hac glandula majorem truncum lymphaticum, statim ad ductum thoracicum tendentem, vidi-

S. THYMUS GLANDULA.

Quid proprie sit thymi glandula non satis certo hucdună mihi constat: — plura hanc glandulam, dum adest, habere lymphatica HEWSONO (e) teste credere sas est: — Defuit

⁽e) Vid. HEWSONI opus posthumum etc. latine redditum a Doctore

fuit autem mihi, quid veri sit, curate examinandi occasio, ea vero nacta, diligentius in ejus fabricam inquiram.

dicete in duction Co. M. M M M M. NE. of mucho in election

Mammis sua competere vasa absorbentia Illustris campenus, Belgarum facile summus hisce diebus anatomicus, primus detexit, viditque haec vasa arteriam concomitari mammariam internam: — uniuntur haec vasa cum glandulis
ad mediastinum positis, sicque cum partibus thorace contentis anastomosin faciunt, vel etiam ramos ad axillam dant
glandulisque ibi sitis aliquando inseruntur. —

S. CERVIX.

A parte cervicis laterali, juxta jugularem venam, atque arteriam carotidem internam, plurimae reperiuntur glandulae lymphaticae, quarum vasa absorbentia collum obtegunt ubique; quum autem minora sint haec vasa non adeo facile, nisi ab exercitatissimo, mercurio replentur.

ibiv amendens S. CAPUT. be mirel musicale

Ad angulum interim maxillae inferioris de glandula ibi fita injectum vidi vas lymphaticum, quod lateralem adfcendebat faciei partem, atque ad mediam ferme offis frontis,
regionem pertingebat; — alius versus occiput flectebatur
absorbentis vasis ramus: — in posteriori capitis parte facili
satis negotio replentur absorbentia, quae ad easdem glandulas

las cervicales reflectuntur; — similiter ramum lymphaticum ad canthum oculi internum, ad nasum, atque ad labia tendentem vidi, qui glandulae inserebatur ad angulum ossis maxillaris inferioris positae, unde deorsum tendebat majus vas lymphaticum, quod lateraliter atque postrorsum slexum plexui jungebatur glandulari, retro carotidem internam a parte dextra, sito: — Ab eodem plexu, versus processum massioideum, aliud tendebat absorbens vasculum, quod non ulterius persequi licuit quam ad canalem usque caroticum. —

S. CEREBRUM. OCULUS. AURIS.

Cerebri, auris, atque oculi lymphatica nondum quidem mercurio repleta vidi in C. H. — interim vasa haec absorbentia illis in partibus me vidisse naturali lympha distenta nullus dubito, eadem data occasione, feliciter a me mercurio repleri posse, spero. — monrous Jun. magnam absorbentium copiam his in partibus facili negotio replevit in pisce Raja, ubi valvularum non adest obex; quam certe conditionem in homine impedimento esse judico, quominus seliciter cerebri absorbentia repleantur.

S. CEREBRUM.

Interim autem quae ad latus falcis antrorsum inveniuntur corpuscula glandulosa; — absorptio sluidi in Encephali cavitatibus esfusi; — glandulae in sella turcica sitae, adhuc incogni-

cognitus usus; — ipsa denique analogia, tot mihi suadentia sunt argumenta, quae pro systemate vasorum absorbentium in Encephalo, sicut in aliis C. H. partibus, praesente, copiose satis militare videntur.

S. OCULUS.

In oculo Piscis Rajae plurima observavit monrous lymphatica: in homine hucusque a nemine, quantum novi,
visa, ratiocinio tamen facile evincenda.

S. AURIS.

De auris lymphaticis tanquam oculatus testis ipse nihil dicere valeo, de his autem legi meretur MECKELIUS silius, (f) qui replendo diverticula cochleae & vestibuli, talia se reperisse vasa absorbentia ad venam jugularem, seu potius sinum venosum occipitalem, tendentia haud dubitanter assiramare audet. —

Lymphatica vero capitis ulteriori disquisitioni uberrimum praebent campum, dum haec prae caeteris hujus systematis absorbentium vasculis ignota magis habenda sunt.

S. DUCTUS THORACICUS.

Necesse jam est, ut subjungamus canalis lymphatici maxi-

(f) Vid. PH. FRID. MECKEL Differtatio Anatomico Physiologica de Labyrinthi auris contentis §. XXXI. continet haec differtatio accuratissimam auris descriptionem & delineationem praesertim diverticulorum cotunnii, quae anatomicis hucdum minus cognita sunt.

mi decursum. - Incipit magis dilatatus, receptaculi quasi numere fungens, quod ab Anatomicis cisternae lumbaris nomine infignitur: - Supra majorem pelvis aperturam ad tertiam scilicet, quandoque etiam ad quartam lumborum vertebram, ubi jacet arteria mesenterica inferior, lymphatica crasforum intestinorum sese exonerant in receptaculum majus, quod reticulosam quasi formam saepissime servat, usque dum coeteri tenuium intestinorum canaliculi lymphatici, ad mesentericam arteriam superiorem, in eandem cisternam se se aperiant, & canalem deinde forment ad sensum conoideum, qui inter arteriam aortam & caput diaphragmatis dextrum adscendens thoracis cavum intrat; - jacet ibi intra venam azygaeam eandemque arteriam aortam; - quum autem ad curvaturam pervenerit aortae, inclinatur aliquantulum finistrorsum; - angulum a subclavia & jugulari vena sinistra formatum, superscandit, tumque reslexus iterum descendendo ad ipsum jam memoratum venarum angulum definit atque terminatur.

Ludit autem saepius natura hac in terminatione ductus Pecquetiani: — Sic enim in duos canales divisum saepius vidi eundem; quorum alter in subclavia sinistra consueto more, alter vero in dextri lateris venam eandem terminabatur: —

Saepius canalis Pecquetianus per totum decursum conspicitur reticulosus quasi, semper autem canalem format ante-

C 3

quam

quam desinit in termino suo. — Semel tantum vidi huncce ductum tres in vena subclavia sinistra terminationes habentem: — Duplicem se observasse ductum thoracicum,
ab inde cisterna lumbari ad terminationes usque in vena
subclavia dextra atque sinistra, auctor mihi est amicus Hispanus quiralto Chirurgiae cum maxime Professor Madritensis. Refert autem meckelius (g): de ductu thoracico
simplici in venam sub claviam dextram terminato. —

S. GLANDULAE LYMPHATICAE.

Glandularum lymphaticarum structura nondum satis eruta videtur: — ex iis autem, quae vidi, cellularem potius hanc quam cum MECKELIO (b) convolutionem vasorum lymphaticorum dicerem: — verum tanti viri, aliorumque auctoritas me potius suadet, nil certi ea de structura profere, usque dum, pluribus innixus tentaminibus, novisque observatis munitus, quid verum sit certus dirimere queam.

S. VASORUM LYMPHATICORUM STRUCTURA.

Vasorum lymphaticorum ea est structura, ut valvulis scateant ubique numerosissimis, atque in paria dispositis; — dum autem absorbentium surculus in majus vas ejusdem generis terminatur, valvula tantum unica hujus surculi hiantis oscu-

⁽g) In Differt. Epittol. de vasis lymphaticis glandulisque conglobatis ad HALLERUM.
(b) Vid. Differt. modo citata.

lis absorbentis valvula dum in venam subclaviam termina;

Vasis sana ratiocinatione demonstrandis potius, quam cultro anatomico visui exhibendis in C. H. — facilius autem in animalibus brutis demonstrantur (i). Oriuntur omnia, quae dicenda sunt absorbentia vasa, osculis apertis vel a tota corporis superficie externa vel a cavitatibus ab intra; quod monrous (k) silius Professor cum maxime Edinensis, quem Praeceptorem habuisse glorior, diligenti opera accuratisque experimentis demonstravit uberrime. — Verum tamen videtur, non omnia absorbentia unice ad ductum tendere thoracicum, sed et immediatam horum vasorum dari anastomosin cum vasis sanguiseris; quod meckelius (l) quidem demonstravit de lymphaticis in ventriculo sitis, atque luce meridiana clarius probatur ipsa majori lymphaticorum in dextro la tere in vena jugulari terminatione. —

S. VAS LYMPHATICUM. QUID?

Dicatur itaque vas lymphaticum: ejusmodi instrumentum in C. H. quod tenuitate, sirmitate, pelluciditate, atque structura

⁽i) Vid. SHELDON History of the absorbent System. pag. 26.

⁽k) Vid. ALEX. MOURO Jun. de Venis lymphaticis valvulusis & de earum in primis origine.

⁽¹⁾ Vid. Differt. Epift. ad HALLERUM saepius jam laudata.

Osculis hiat apertis, atque de corporis superficie tota ex- sterna vel interna humores absorbet, unde haec vasa liquore albicante aquoso inveniuntur utplurimum distenta, quem dein ad ductum vehunt thoracicum, in quo desinunt omnes ramuli lymphatici, veluti in communi trunco, paucis tantum casibus exceptis; quod supra verbulo jam monuimus, magisque adhuc in Physiologia hujus systematis lymphatici, mox tradenda, adstruemus. Linquamus itaque anatomicum lymphaticorum campum, quidque in Physiologia de absorbentibus dicendum sit paucis & presso pede lustremus.

III. PHYSIOLOGIA.

experiments demonstravit aberrine -- Verera tamen v de-

Memoratis jam generaliter, quae in corpore humano inveniuntur, vasis absorbentibus, dubius quis haerere non potest, quin maximum horum vasorum in oeconomia usum agnoscat lubens.

S. NATURA LYMPHAE.

Continent absorbentia vasa, vehuntque humorem ad speciem aquosum, quem ab omni corporis ambitu, tam externo, quam interno, absorbent; vel, ut нании (m) verbis utar, inhiant:

Non

(m) Vid. HAHNII praef. sa latinam versionem HEWSONI.

Non itaque absorptus ille humor catholicus est nec simplex. — Etenim quae absorbentibus continetur lympha constat 1°. ex nutrititia de intestinis absorpta materia; 2°. de seroso vapore in cavitatibus corporis internis exhalato, atque condensato iterum; 3°. de materia ex ambiente corpus nostrum atmosphaera absorpta: — varius igitur dum lymphae fons sit, homogeneus certo humor inde oriri non potest: — quam autem chemicum examen profert lympharum differentiam, atque lymphae propriae notas, huic elencho breviori inserenda non ratum duxi, potius de illis, in posserum ex professo dicam.

S. LYMPHATICORUM ORIGO.

Manifestum autem, quem continent humorem diversum, ad speciem homogeneum, vasa lymphatica, omnem accipere debere a fonte hoc sluidum propellente, veluti cor propellit sanguinem in vasa sanguisera; vel aliud dari in vasis absorbentibus primi motus progressivi medium; idque probabitius, dum ejusmodi instrumentum quale cor se se praebet vasis sanguiseris, in systemate lymphatico reperiatur nusquam.

Negarunt quidem illud praedecessores, dum systema lymphaticum non nisi vasorum sanguiserorum continuationem
habendum esse voluerint; enim vero BOERHAVII (n) sen-

en ciam liftingantur fummed real meurs bischengen

⁽n) Vid. BOERHAVII Meth. stud. med. edit Halleriana Tom. I. Cap. 2. p. 444. atque in Inst. med. variis in locis.

tentia fuit: — Quod vas sanguiserum in minores dividatur ramos usque dum serosum tandem & inde symphaeserum oriretur vasculum, ita dicendum, quia vasis lymphauci lumen non nisi trigesies sexies minorem sluidi globulum, seu sluidum sanguine trigesies sexies subtiliorem vehant: — Quodvero tali modo exortum vas lymphaticum arteriosum in venam terminetur denuo similis generis, lymphaeseram scilicet, eaque tandem in majorem vasis sanguiseri ramum desinat; quod ipsae, praeterea sanguiserae venae essus ingenii spendidissimum esemplum sistere, quam desigentioris naturae serutationis documentum dare, lugemus.

Non enim 1°. vera est globulorum fanguinis ejusmodi minuta in globulos senarios divisio:

plius saepe vasis sanguiseri lumine majus est: — 3°. Nec unquam genuina, ex anatome petita, argumenta doctrinae savent Boerhavianae: — non enim anatomicorum quisquam vasorum memoratum jam decrescentem ordinem experimentis monstrare, nec & continuationem lymphaticorum sive potius absorbentium vasorum ab arteriis venisve injectionibus probare potuit artissiciosis; tentarunt quidem permulti, quibus etiam sussirais suntarunt suntarunt quidem permulti, quibus etiam sussirais suntarunt suntarunt suntarunt quidem permulti, quibus etiam sussirais suntarunt suntarunt suntarunt suntarunt suntarunt autem, meckelius, comperus aliique primae notae viri: — falluntur autem,

atque subreptionis magnae in argumentis experimentisque vitio a vero tantum abludunt, dum illud natura factum putent, quod vi & arte unice fuerat prolatum. - Omnium experimenta eo redeunt potissimum, ut probent, continuationem vasorum lymphaticorum ex facili eorum, per arteriam venamve facta, mercurio, aëre, aliisque materiebus repletione, dum difficilius, & raro admodum eadem materia, per arterias injecta, in venas transeat; quarum saltem cum arteriis sanguiferis anastomosis omnibus physiologis incontestata haeret: - Falluntur autem, dum facilem in cellulosam telam injectae materiae extravasationem, atque inde vasorum lymphaticorum factam repletionem, pro vera anastomosi, aut vasis accipiant continuatione: Numerosa valde atque accuratissima Monroi (o) filii, GULIELMI atque JOANNIS HUNTERI (p) observata, CRUCKSHANKII, (q) HEWSO. NI, (r) aliorumque testimonium, luce meridiana clarius probant, nunquam ejusmodi lymphaticorum per arterias factam fuisse repletionem, nisi formata prius per cullularem, communicatione vasorum non naturali. Magna quoque fallacia laborat experimentum a Doctore Loeseke (s) cum hepa-

(s) Vid. A. MONRO disp. supra laudata.

⁽⁰⁾ Vid. A. MONRO Differt, de venis lymphaticis etc. pluribus in locis.

⁽p) Vid. Medical commentaries: atque J. HUNTER Lectures on surgery; Msf. nec non G. HUNTER lectures on anatomy Msf.
(g) Vid W. CRUCKSHANK Remarks on the absorption of calomel from

⁽r) Vid. HEWSON: opusculum saepius jam laudatum,

te institutum, quod per longum tempus Berolini adeo suit celebratum; verum detexit subreptionis visium in eo, MonRous, ita ut dein ipse Doctor Loeseke suerit confessus
"ne quidem unicum in toto hoc hepate vasculum lymphaticum, valvulosum repleri sed arteriae hepaticae ramos crassores, pro iis habitos suisse;"— cera enim repletum suerat viscus, atque interstitia cerae materia aquosa nodosam exacte referebat lymphaticorum formam ac speciem, quod saepius in injectionibus sieri, versatiori incognitum non est:

Dicta itaque probant, non nimis praecipitanter ex singularis experimenti eventu concludendum esse ad naturalem, & consuetum, partis statum; sed tum demum theoriam esse admittendam, ubi copiosis, iisque a diversis, eodem eventu institutis experimentis, innitatur.

Dicit quoque ipse Nuckius (t) "mundando lieni vitulino intentus, omnique sanguine, aquae tepidae ope
jam eloto, copiosum in arteriam splenicam insudi aërem,
k spiritu fortius adacto, non tantum plurimas exiguas in
superficie lienis vidi elevari vesiculas, sed ex iisdem vespiculis prodire vasa lymphatica, slatu etiam turgida & lienem perreptantia vidi, & quo diutius arteria suit inslata, eo majorem notavi vasorum numerum: — addit

⁽t) Vid. A. NUCKII Adenographia curiofa etc. pag. 51 & 52. — lugendum utique, quod ea, quie de fystemate lymphatico tradit hicce auctor, ex anatomia comparata tint petita, & ad C. H. adplicata.

deinde: "ab eo tempore conjicere coepi vasorum lym" phaticorum principia ab arteriarum surculis emanare." —

Num autem ad veritatis normam ducta sit haec conclusio de vasorum lymphaticorum origine ex arteriis in experimento jam relato, non est, quod multa verborum ambage demonstrare, necesse videtur.

Quales enim vesiculae istae aëre distentae? — ignorare se lienis structuram protinus monstraret ille, qui vel momentum haesitaverit affirmare, cellulosam tantum hic aëre
fuisse repletam: — nec lubet in breviori hoc Elencho
fusius esse, omnia quae proferri possent, hujus farraginis ad
versariorum argumenta, in edendo opere accurata magis bilance pendam, quidque momenti habeant singula expendam
cautus. —

Sufficiat jam dixisse non ex arteriis venisve, nec & a glandulis, sicuti volunt alii, vasorum absorbentium principium petendum esse, verum orificiis apertis ab omni cavitate, & superficie corporis, haec trahere originem:

Proprium itaque hos canales constituere vasorum systema, quae sluidum, quod continent, non per anastomosin, aut continuatum cum systemate sanguisero nexum, accipiunt, verum propriis viribus hauriunt, inhiant, absorbent.

Non itaque dari sic dictas arterias lymphaeseras, quales pingere

quidem voluit aliquis (u) hisce diebus, experimento fal-

S. ABSORPTIONIS MECHANISMUS.

Quali autem methodo peragatur haec absorptio; li demum mechanismo absorptum fluidum per canales manare pergat; - nunc videamus. - Misso autem aliorum virorum hac de re fententiarum examine, quae veritati, atque naturae, consentanea nobis videtur absorptionis methodus, sequens est: - Hiant vasa absorbentia ubivis in C. H. offiolis fuis apertis, atque folliculum quafi formant organicum; qui, materia absorbenda stimulatus, se contrahit, propellitque contentum humorem fupra primum valvularum par, in absorbenti vase positum; - ex capillari forsitan minimorum tubulorum attractione omne absorptionis negotium posset explicari in cavitatibus corporis, atque in tubo intestinali, requiritur autem operosa magis actio ea in abforptione quae de tota corporis superficie locum habet: haud absonum adeo mihi videtur statuere; quod si semel tantum fese contraxerit orificium, aut primus absorbentis folliculus, ficque contentum fluidum adegerit supra primum valvularum par; relaxato deinde eodem folliculo aut orificio spatium quasi vacuum detur, quorsum absorbenda materia sponte sua ruit: - Num vero in corporis superficie, eadem.

⁽v) Vid. J. BLEULAND de arteriolis lymphaticis.

dem, quae in pulmon bus, obtineat aëris atmosphaerici per vasa absorbentia mutatio, phlogisticatio scilicet, per attractionem quasi chemicam electivam, locum habeat, res est, ulteriori disquisitione dignissima, dum omni, saltem rationis sanae, sundamento non careat.

Poros in cute dari, demonstratione non indiget, in iisdem autem poris reperiri organica exhalantium vasorum oscula similiter a nemine negari posse, credo; ab eodem autem folliculo, sive infundibulo cutaneo, ortum ducere vasa
absorbentia osculis semper hiantibus, est quod argumentis
adstruxit ingeniosus & Illustris inter Londinenses Chirurgus
Joan. Hunterus. (v)

Quum autem supra primum valvularum par in absorbenti vase jam adscenderit liquor, irritabilitate insigni donatum vasculum minimum, dum stimuletur, contrahit se se propellitque magis & ulterius contentum humorem, quem a motu retrogrado, in statu sano, praeservant valvulae.

Absorptum sic atque propulsum liquorem ductum versus thoracicum vehunt vascula lymphatica, atque per illum canalem sanguini demum reddunt, quae ab eo suerant secreta prius, ut iterum per corpus circumduci, utilia esse atque secerni denuo possent.

S. GLAN-

foreign accordant constitution

S. GLANDULARUM LYMPHATICARUM MUNUS.

Omnia vero haec absorbentia vasa, priusquam contentum humorem cum fanguine per ductum thoracicum, aliamve viam, miscent, glandulas afficere, intrare, transigere conspiciuntur: - Eo certe naturae scopo, ut, quae absorpta est variae indolis materia, praeparetur ulterius, laudabilis fiat, atque in succum convertatur animalem: - enim veto necesse videbatur, talem sieri plerarumque materiarum absorptarum praeparationem, dum eaedem materiae, quae non laedere, quin immo prodesse corpori, videntur, praegressa justa praeparatione, nocivae admodum reperiuntur, atque non raro lethalem certe eventum producere observantur, si statim cum sanguinis massa, non praeparatae. misceantur, licet etiam natura sua blandae sint, atque ipsis nostris humoribus perquam analogae. - Sic aliorum animalium fanguis, lac, adeps, gummi arabici folutio, & plura alia, sanguineo canali protinus infusa, diras saepius producunt animalis excruciationes, tormenta, non raro etiam mortem ipsam. -- Ventriculorum igitur ad instar officio fungi videntur glandulae, dum subigant materiam a vasis abforbentibus allatam: - mutatur certo certius per totum decursum continuo absorptum fluidum, vitale redditur; quod inde apparet quum lympha, absorbentibus contenta, eo majorem accipiat, gelatinae ad inflar concrescendi facultatem.

quo ulterius per canales, glandulasque, suo in itinere fuerit progressa (x).

S. NUM SOLIDA AEQUE AC FLUIDA ABSORBEANTUR?

Concessa jam, quam a nemine amplius negari posse consido, absorptione, quaeri adhuc liceat, de natura materiae ad absorptionem propriae; num scilicet sluida tantum, an vero solida etiam absorbeantur?

Non sane dubitandum esse mihi videtur, quin solida aeque bene, ac ipsa sluida, absorbeantur: — Quid enim solidum? — Quid sluidum? — Anne sluidorum constituentes partes, ultimae, sic dictae, particulae verae solidae habendae sunt? — An distinguendum inter sluidum & solidum neglecta humidi notione? — An praeterea sluida absorpta homogenea quidem sunt? — An autem potius plusorpta homogenea quidem sunt? — An autem potius plusorpta

Cteristica nota, habita fuit gelatinosa illa, seu potius sibrosa concretio, cum aptitudine caseum praeparandi ex humoribus animalibus secretis, lacte scilicet: verum hac in parte nullatenus ab animali regno disserre regnum vegetabile, docet jam a Parisinis inventa, atque facili satis negotio instituta caseosae materiae praeparatio ex vegetabilium farina; — nec etiam multis jam amplius accepta est illa dissinctio in regnum scilicet animale, vegetabile, & sossile. — Plures dantur animalium atque vegetantium notae, antehac tanquam characteristicae traditae, quae autem, tales non esse, accurato magis examine jam apparent, dum ambobus, sic dictis, regnis, aequaliter competant: — Potius itaque distinguunt naturam scrutantes Philosophi inter regnum organicum & morganicum; prius continet omnia animantia ac vegetantia, posterius autem sossilia.

res intermixtas habere minimas folidi particulas cenfenda? Anne fufficit vehiculum quafi, & menstruum adesse fluidum ut ita folidi partes liberius absorbeantur? - Indubiam fane reddunt solidorum absorptionem, quae in aneurismatibus; - in abscessibus mediastini & capitis; - in exfoliationibus offium, praesertim exfoliationibus internis; in depressione cataractae, & in plerisque aliis casibus accidentia, quivis facile observare potest: - scrophulosus ille, atque rachiticus morbus, in quo mollities omnium, praefertim autem longiorum, corporis offium obtinet, fplendidiffimum praebet absorptionis solidorum specimen: - (y) offium quoque incrementum in foetu; - atque alveolorum dentium, in maxilla praesertim inferiori, abolitio saepius plenaria, tot funt argumenta, quae nullum, fana ratione praedirum, haesitantem amplius linquere possunt, quin certo, folida, aeque ac fluida, abforbeantur, credat. -

S. NUM VASA LYMPHATICA SOLA, IN CORPORE ANIMALI ABSORPTIONIS OMNE NEGOTIUM PERFICIANT?

Sunt qui putant, dari quidem absorbentia in corpore noftro, verum non omne ab illis vasculis absorptionis in corpore negotium peragi; — in opere autem perficiendo venu-

las

(y) Plura de hocce morbo in Pathologicis dicendum.

tas sanguiseras lymphatica vasa adsistere: — Illudque probant institutis injectionibus, quibus via, in canalem intestinalem patere, conspicebatur: — Verum inscii manserant illi de facili admodum vasculi tenuioris ruptura, atque de transsudatione, in venis saltem atque arteriis intestinorum, post mortem facile locum habente.

Alii autem, ex visa albicante materia in venis meseraicis (z), aliisve in locis nostri corporis (a), lympham lacteorum ibi morari, absorptam prius ex intestinali tubo, vel aliunde, concludunt: — Falluntur autem, dum alii serum quandoque albicantis prorsus coloris esse observarint; dum & lacteam materiam, in vasis placentae exhalantibus maternis, haerere posse nullus dubitaverim. —

Negarunt alii absorptionem omnem per lymphatica vasa sieri, dum illa vasa in plerisque animalibus non reperiri censeant, in quibus tamen animalibus, haec vasa revera, magna satis copia & numerosa valde, adesse, recentior docuit observatio. — Alia autem obmoveri adhuc posse dubia, quae, spinosis argumentis intricatim proposita, prima fronte, haud adeo facile eruenda, videntur, non ignoro; — fusius haec omnia pertractandi in praesenti tempus non datur; id autem persiciendum posthac; — dixisse nunc susse ciat: — lymphaticorum saltem systema unice sactum suisse ad

⁽a) Vid. A. BRILL observatio de Humore lacteo coagulato in placenta humana reperto.

ad generalem absorptionis functionem in corpore peragent dam, probabilius videri.

S. LTMPHATICORUM CUM VASIS SANGUI-FERIS ANASTOMOSIS.

Vero quoque videtur simillimum dari lymphaticorum vaforum pluribus in partibus cum venis fanguiferis communicationem, unde omne, quod absorptum fuerat a lymphaticis, fluidum, ad ductum thoracicum unice tendere, dici non potest: - Quin immo majorum quidem lymphaticorum rami, ut supra in descriptione partinm anatomica vidimus, ad latus dextrum in vena terminantur jugulari; in ventriculo quoque lymphaticorum ramuli venis immisceri testis est MECKELIUS pater (b); MECKELIUS (c) autem filius idem refert de absorbentibus auris; - fana praeterea, atque Phyfiologo digna ratiocinatio, id amplius adstruere videtur: - Aromatica enim ore affumpta, aliaeque foetidae magis materiae, in fecundas citius penetrare vias obfervantur, quam sueta tantum digestione subacta, ad talia perduci possent organa. Etenim quae lactitans mulier ore ingerit aromatica intra breve admodum temporis spatium in lacte mammarum percipiuntur; qualis etiam sit urinae, post pleraque ingesta, status, nemini latet: - Quorumdam prae-

⁽b) In Differt. Epift. ad HALLERUM.

⁽c) In Differt. ae Labyrinthi auris contentis etc.

praeterea medicamentorum actio topica nimis peragitur cito, quam fi circulatione per totum corpus facta prius, tum
demum ad partem adfectam delata, effectum fifterent. —
Illud tamen addere liceat: — materiem absorptam aliquam
faltem subire coctionem, antequam sanguinem intret, probabile videri, dum omnia lymphatica prius glandulas trajicere, quam sanguiseras venas intrare hucdum ex observatis concludere sas sit.

S. NUTRITIO.

Nutriuntur omnes in corpore partes allata per vasa sanguisera materia nutrititia, quam in suam privam naturam mutat, format, disponitque pars nutrienda: — Videtur autem probabilius hanc persici nutritionem particularum appositione ab extus; — (d) quod praesertim probatur: 1°. ex faciliori tali modo elongatione ossium in soetu, dum nutritio siat per appositionem externam; — 2°. exfoliationibus internis; — 3°. experimentis in animalibus institutis, quae materia, ossa colorante, nutriuntur; — 4°. granulationibus ulcerum; — 5°. tandem ex cohaesionibus institutione vasorum his in casibus. —

S. EPICRISIS.

Ex dictis itaque concludendum esse judicaverim: — Quod vasa vasa

⁽d) Nutrititiam materiam foetum accipere per absorptionem potise fimum cutaneam maxime mihi probabile videtur.

fystemate vasorum sanguiserorum toto coelo diversum, vaforum systema constituant; — suidum haec vehant, ducantque proprio mechanismo ab omni corporis ambitu absorptum; — Solida vero ac sluida cercis sub conditionibus ab
illis vasis accipiantur; — quod autem absorptum est praeparent, vel naturae reddant amicum, aut saltem larva veluti induant; — nutrimenti denique atque sulcimenti corporis omnis materia ab hisce vasis ad sanguinem vehatur; —
atque irritabilitate gaudeant insigni, hincque sistant in morbis, tam auxilii quam mali, sontem uberrimum. —

IV. PATHOLOGIA.

onest, -formac, diponique pars murienda:

Sicuti C. H. partes reliquae morbis, felicitatis humanae in praesenti vita diris pestibus, vexantur, sic & lymphaticorum vascula a malis istiusmodi libera non sunt; licet enim subtilis sit vasorum lymphaticorum structura non essugit tamen omnem morborum aggressionem, qui saepius in minimis corporis partibus sedem sigunt; eadem enim subtilitas atque varietas, ut magnam medendi facultatem praebet, sic magnam etiam aberrandi facilitatem.

§. CAUSSARUM PRAEDISPONENTIUM NOTIO.

Sanitatis notio dum relativa sit; - dum cuivis peculiatis secundum propriam partium structuram competat sanita-

tis gradus; - dum inde pendere fanitas videatur, ut omnes corporis partes & organa agant harmonice & placide; - dum partium actio harmonica ex minutissima saepe organorum structura pendeat; - dum quoque minutior partium ftructura difficillime eruatur; - facili negotio inde cuivis patere potelt, quanti operis fit fanitatis punctum in actionum nostrarum scala figere. - Id autem certum, quod quo magis a requisita organisatione interiori, structura & habitu generali; - a fueto agendi ordine abludant partes, tanto major adsit in N. C. morbi similitudo, atque imago vera: - Quin immo haec a statu generali ablusio non raro eo procedit usque, ut morbi nomine stricto sensu infigniri mereatur. - Quid itaque mirandum, fi ex ipfa partium organismo interiori, vel & generali constitutione profluentem diffensum in toto, primam atque originariam quafi, ac fimplicissimam deduxerim in Pathologicis caussam praedisponentem (e), five internam; - talem scilicet, quae pendet vel ex originali connato in partibus corporis constituentibus omnibus, aut in fingula parte, vitio organico: --2º. Dixerim alium dari morbi fontem, ex laesa scilicet

⁽e) Caussa praedisponens GAUBIO audit "conditio quaevis corpori in"baerens qua aptum idud est nata occasione morbum suscipere" §,
59. Instit. Pathol. edit. tert. — A summo Pathologo eatenus
dissentire vellem, ut praedisponentem caussam etiam sua ipsa forma morbum aliquando dicere vellem: — nostra de caussa morbi
praedisponente idaea convenit magis cum GAUBII sententia de
morborum seminiis.

partium structura non per originale connatum vitium, sed per casum fortuitum; quam tunc appellare vellem caussam morbi externam. — Sufficiat autem haec tantum generaliori modo de caussa praedisponente disseruisse, ulterior ejusmodi disquisitio jam a scopo nimis aliena est, nec etiam tempus datur, ut pro rei dignitate haec possit pertractari.

Illud notasse praesenti scopo magis respondere videtur, quod generalis illa ad morbos disponens caussa, aeque in systemate particulari lymphatico locum habeat, ac in reliquis nostri corporis partibus: — dum autem partes corporis constituentes, aliae sluidae, aliae solidae sint; sive contentae aliae, aliae autem continentes sic etiam generatim vitia spectant vel ad solida, vel ad sluida.

Peccat saepius lymphaticorum vasorum systema tam natura materiae contentae, quam vitiatis quibusdam continentium solidorum proprietatibus.

S. LYMPHAE VITIA.

Enim vero lymphae natura variat saepius; — sic albicantem lympham vidit Hewsonus (f); — slavescentis magis coloris ipse observavi in puellis chloroticis, maxime convenientem cum ea singulari materia slavescente, quae in sanguine puellarum chloroticarum de vena misso apparet, nec non interdum in scorbuto; quaeque nec ad serum, nec ad ru-

(f) Vid. lib. fupra faepius laudatus.

rubras particulas, nec ad fibram fanguinis five lympham coagulabilem pertinere videtur.

De lymphaticorum vulnere saepius lympham stillantem, indeque formatam excrescentiam quafi fungofam, albicantem prorfus, & facile amovendam viderunt HUNTERUS, MON-Rous pater, HEWSONUS, BELL aliique. Ruber faepius lympha ex absorpto sanguine: - saepius quoque purulenta de intestinali cavo aut aliunde absorbetur materia, quae hoc paeto lympham fanam vitiat : faepius magna fatis terreae materiae copia in lymphaticis fuit observata, praesertim eo in morbo ubi omnium offium obtinet mollities (g). - Lympham exhalantium vaforum majori concrescendi nifu quam naturali gaudere in Hydropicis saepius observare mihi licuit. Semel quoque post emplastrum vesicatorium. in doloribus Rheumaticis applicatum externae brachii partividi veficulam elevatam fuisse, ad nodum flavescentem, minus jam pellucentem, quam quidem ut plurimum conspicitur; dum autem vesiculam secarem, obstupefactus ne guttulam quidem serosi liquoris stillantem de vulnusculo inflecto vidi; dissecta autem magis cuticula elevata, unam folidam, coagulatam, flavescentem maffam demere potui, quam chemice examinandam quidem seposui, verum, dum alia inte-

(g) Plura hujus morbi vidi exempla; offa primo admodum fragilia evadunt, ita ut ipfo motu placidiffimo in lecto rumpantur facile; Vidi ejusmodi os femoris quod ovi testa crassius non erat.

rea peragenda essent, penitus negligere coactus fui: Clarissimus Promotor Forsten, amica sua ben gnitate, duos ejusmodi casus mecum communicavit, quos ille in aegrotis pleuriticis observavit, post vesicatorii parti dolenti applica-

In debilioribus animalibus, qui de lymphaticis stillat liquor, ac ille qui in cavitatibus corporis diversis invenitur exhalatus, minus cohaerere, difficilius coagulari observatur: - Ex absorpto viru venereo, viru varioloso, aliisque contagiis intumescunt glandulae, quod fane pro effectu stimuli inordinati, mutata scilicet contenti liquoris natura. habendum. - majori concession mujeralidas made

Peccat adeoque lymphaticorum fuccus, mutatis, natura fua blanda, cohaerentia, fluiditate, aliisque proprietatibus, quae perfectae in statu sano reperiuntur.

S. VASIS LYMPHATICI VITIA.

Continentium quoque folidorum vitia in systemate Lymphatico pleraque funt: - Irritabilitate dum gaudeant haec vafa, admodum infigni, a priori etiam patet, quot quantisque morbis, seu potius actionibus irregularibus, abnotmibus, subjecta esse possint haec vasa. -

Tenacitate gaudent haec vafa in statu naturali valde infigni, ita ut facili fatis negotio mercurii prementem columnam quatuordecim pollicum & ultra ferant, eadem vero ilches Vidi ensmell of Enters quod ou tells criffins nor mat; -- la vasa plus justo larga reperi saepius cum diminuta permultum eorumdem tenacitate: sic injectione lymphaticorum
in pede, in cadavere seminino sexaginta fere annorum occupatus, ablata prudenter cute, vasa vidi per cellularem
distributa magna utique adeo, ut prius haec pro lymphatica habere non potuerim, quam accuratius ea examinassem: — injecto autem mercurio, hinc illine vasa subito dissupta vidi ex minori tantum mercurii columna septem scilicet pollicum horum vasorum tunicas premente. —

Lymphaticorum vasorum tunicas, omnem quam possident pelluciditatem, transparentiam, quandoque amittere, opacas reddi, saepius observavit cleinius Illustris inter Londinenses Chirurgus, atque Anatomicus; Easque idem multo densiores simul vidit atque fragiliores, eundem ferme in modum, quo arteriarum venarumque tunicae crassiores fragilioresque observantur, priusquam vitium in illis obtinet aneurismaticum, vel sic dicta etiam ossisicatio (b) vasorum.

Saepius ex absorpta quadam materia inflammatos observare licet canales lymphaticos quum duritie sua, chordae ad

F 2 in

⁽b) Hanc semel observavi in eodem cadavere valde insignem.

Aorta scilicet descendens penitus, ad inferiorem pedis regionem usque, carotides aliquantulum, atque omnes arteriae brachialis rami, una cum valvulis in dextro atque sinistro cordis ventriculo erant offisicata. Ante triennium quoque, in schola anatomica Cl. Forsten, in vetulae cadavere singularem videre licuit aortae descendentis offisicationem, ad arterias lliacas sese extendentem.

instar sub cute tensae, sentiantur, atque rubra saepius lineola, vasis lymphatici in cute decursum pingente, ab extus conspicua reddantur.

§. MORBI EX VITIIS SYSTEMATIS LYMPHATICL

Saepius glandulas lymphaticas morbis affectas novimus; indurescunt scilicet, scirrhi speciem adoptant, formantque; inslammantur deinde magis, aperiuntur tandem, funduntque materiem ichorosam, saniosam, non purulentam; in quantum saltem de externa specie hoc dijudicere liceat. —

Nonne hoc omne morbi scorphulosi fundamentum esse videtur; — ut scilicet detur systema quod cum debilitate irritabilitatem habeat junctam? — Videtur sane: — & mirros inde saepius in habitu scrophuloso observare licet morbi essectus, quin immo, lusus fere dixerim. —

Dum autem de scorphuloso habitu loquimur, non ad ipsam morbi speciem, a culleno scrophulam dictam, respiciendum volumus, ast vero talis nobis haeret habitus scrophulosi idaea, illa corporis imago, quae accuratissime a culleno delineata legitur, ubi praedispositos ad scrophulam describit sequentem fere in modum: (i) — "Afficit, ut plu-

(i) Vid. CULLEN's first lines of the practice of Physic. vol. IV. S. 1741. - It most commonly affects children of soft and flaccid habits, of fair hair and blue eyes; or at least affects those much

rimum, infantes babitus mollis flaccidi, qui crinibus gaudent nigricantibus, oculisque coeruleis; — vel saltem afficit eos frequentius, quam alios oppositi temperamenti ac babitus. — Speciatim afficit infantes, qui cutim babent transparentem, mollem, genasque rubras; — & ejusmodi infantes tumens saepius babent labium superius, quod in medio sissum est; illaque intumescentia saepius admodum conspicua est, atque porrigitur ad nasi columnam & inferiorem narium partem." alio in loco addit idem sagax ille senex; quod morbus scropbulos sus sit peculiaris quaedam systematis lymphatici constitutio.

Morbum in habitu scrophuloso saepius esse larvatum supra dixi; ita ut inslammationes oculorum chronicae, sluores albi, atque non raro suppressa menstruatio, saepius autem mensium sluxus ad vitae periodum minus convenientem, in juniori scilicet aetate, obtineant.

De plerisque nunc morbis scrophulosis agendum foret, ut ita demonstremus, in quantum haec omnia mirisice pendeant a vitiato systematis lymphatici statu; vel & appareat quantum in explicandis diversorum morborum symptomatibus plenior horum vasorum cognitio faciat: — Sic prae-

adamyt may supomp grow F 13 min smoot sudba iton fer-

more frequently than those of an opposite complexion. — It affects especially children of smooth skins, and rosy cheeks; — and such children have frequently a tumid upper lip, with a chop in the middle of it; — and this tumour is often considerable, and extended to the columna nasi and lower part of the nostrils. — & 6.1749. — this disease depends upon a peculiar constitution of the lymphatic system.

sertim de Scrophula, vel Struma, agere constitueramus, de Fungo articulorum, de Rachitide, Hydrocephalo interno. Tabe dorfali, de Marasmo & Tabe Mesenterica, de Scorbuto, Phthisi tuberculosa, atque Podagra, tanquam morbi, prae coeteris in habitu schrophuloso locum habentibus, quique omnes generali nomine, morbi schrophulosi, insigniri merentur, dum in omnibus idem vitium, licer vario modo larvatum lateat: - de Ascitide & Hydrothorace quaedam notanda forent, ut symptomata, & cura in hisce morbis clarius explicentur: - de Diabete novam, quae verbo allegare liceat, theoriam tradere proposueramus; - quod scilicet sit valvularum praecipue in vasis absorbentibus vitium, una cum vitio renum topico: - motum enim fluidorum retrogradum hoc in morbo admittere valvulas in vafis abforbentibus, est quod observatis probare tentaremus, simul cum accuratione descriptione conditionis morbosae in ipso rene diabetico inventae.

Haec autem omnia pro rei dignitate pertractare, dissertatiunculae nostrae arcti admodum pro tali scopo limites non admittunt: — haec igitur alibi referenda.

Quaeri adhuc liceat num in Ictero quoque vasa lymphatica hepatis atque cystidis felleae abnormi modo bilem reforbere; — ad ductum deducere Pecquetianum; — sicque cum fanguine miscere, credendum potius sit, quam quod bilis vafa sanguinea regurtitet? — manatha tanguinea regurtitet?

lta sane multum suadere videntur a monnoo instituta pleraque experimenta, quae diligenti opera justaque cautela repetenda censui.

Pleraque etiam dici merentur de Gonorrhoea & Lue Venerea tamquam ejusdem naturae morbis, revera contagio
non diversis, ut aliis quidem visum fuerat. — Haec autem
omnia tamquam futurae disquisitionis pensum linquere cogor.

S. UTILITAS COGNITIONIS LYMPHATICO. RUM IN PLERORUMQUE MORBORUM DIAGNOSI ET PROGNOSI.

Lymphaticorum perfecta magis theoria plura in morbis varii generis reddet certiora, si nova non suggesserit: —
Enim vero cognita magis generali absorbtionis theoria per vasa lymphatica; — cognito vasorum lymphaticorum certo decursu, facile satis judicare datur de plerisque symptomatibus, quae tam in diagnosi quam prognosi morborum rite sacienda, haud parum commodi praestant. —

Sic enim topicae affectionis venereae sive gonorrhoeae comites saepius sunt bubones, idest glandularum indurationes, quae tum in inguinali parte superiori indurantur; sin autem lentum illud in systema jam penetraverit virus, non adeo glanvidemus affectas, inflammatas, bubonum forma conspicien-

Virus atque contagium aliquod absorptum, dom sua natura oeconomiae animali inimicum est, in loco, quo prius absorptum fuerat, diutius atque per longum satis temporis spatium retineri conspicitur; — Sic contagii variolosi topicos prius observamus nonnullos effectus, antequam serpere ulterius, & porrigi quasi ad totum systema observetur. —

Nonne igitur, sana theoria muniti, ut praecaveatur, quod imminet, sin proserpat virus, periculum, partis topice jam affectae exscissionem plenariam suadere liceret? — Ita sane judicaverim theoria non tantum, sed et practicis observationibus hac in opinione munitus: — Saepius enim Illustris inter Londinenses Chirurgus Joan. Hunterus post insitionem variolarum, dum topica vulnusculorum jam aderat instantatio, cum collectione materiae variolosae, exscidit cutis portiunculam, atque ita prohibuit ulteriorem, ex tali institione, variolosi morbi progressum: — materia autem, quae in insitionis loco jam collecta fuerat, alios inoculavit infantes, qui justo tempore omnia variolarum stadia perpessi sunt. —

Nonne eadem haec operatio suadenda foret, ut praecaveatur venerea lues? — Hoc saltem cum HUNTERO quibusdam in casibus suadendum.

Post

Post rabidi quoque animalis morsum nonne eadem haec operatio unicum ferme medium est, cui prae reliquis omnibus, ab auctoribus laudatis, artis auxiliis, sidendum est?—
Ita sane videtur, si plurimorum illorum remediorum esfectus curatius lustremus.——

Nonne intumescentia glandularum subaxillarium post insitionem variolarum & actionem topicam veneni illius, potius ex cognito nunc lymphaticorum brachialium ad illum locum decurfu explicanda, quam cum MEADIO ex fluxione in partes vicinas, vel cum aliis ex affectione nervorum ob inflammationem in insitionis loco praesentem? --- Suadere faltem illud videtur ratiocinium: - probat, atque extra omnem dubitationem ponit, quae eodem faepius tempo. re obtinet tensae quasi sub cute chordae sensatio, de parte, in qua insitio fuerat instituta ad cavitatem subaxillarem. -Nonne certum inde, quod morbus rite cum systemate fuerit communicatus? - Nonne igitur, praesente hoc symptomate insitioni sidendum magis est, licet etiam haud adeo copiosa, aut fere nulla variolarum eruptio insitioni infequatur? - Pleraque etiam in cancris symptomata dantur, unice ex cognito rite vasorum lymphaticorum decursu explicanda: - False autem prisci glandularum subaxillarium in cancro mammarum affectionem, duritiem scirrhosam, dolorem lancinantem, ex fimili horum organorum cum mammis structura, atque ex commercio nervoso explicare tentanon fane ex anatomia probatur: — probatur autem luce meridiana clarius, eadem anatome affecla, quod numerofus fatis lymphaticorum plexus de mammis tendat ad cavitatem glandulasque fubaxillares: — quod itaque virus cancrofum abforbeatur de mammis, atque deferatur ad hasce glandulas: faepius, proh dolor! in ipfa dilectiffima Matre, quae jam cum fuperis meliori forte fruitur; illud diri morbi phiemomenon observare mihi datum fuit; — aderat & ibidem saepiffime dolor acutiffimus, lancinans quasi, dum primum glandulae subaxillares afficiebantur, quem a summa sensilitate potius ipsius vasculi lymphatici, vel a membranosa horum vasculorum structura explicandum judicaverim quam a comemercio nervoso mammas inter & brachium:

Aliud quoque datur aliquando symptoma in cancris mamemarum, quod ex decursu lymphaticorum explicare mallem, quam cum clar. summoque campero (k) a nervis: dum scilicet tensa apparet sub mammis chorda, qua nectitur quasi ad costas illud organum, morbo affectum, quaque immobile quasi redditur. — Nonne manifestus heic loci adest absorben-

⁽k) Vid. CAMPERI Demonstrationes Anatomico — Pathologicae part. r. lib. 1. cap. 2. pag. 9. ubi tequentia: — 'In careinomatibus glandulas eas potissimum adfici eodem veneno videmus, quae ab iisdem truncis nervos acquirunt. — Dum mamma teirrho vel cancro in altum elevatur, axillares intoxicantur glandulae; si labium inferius submaxillares ac parotides inficiuntur. — Nervorum semper, vasorum sanguiserorum tramitem tetrum id virus nunquam sequitur. —

fis intercostatious nexus pathologicus? — Nonne anatome, docet intercostates absorbentium ramos cum thoracis plerisque lymphaticis jungi? — Nonne igitur exinde omnis periculi fons apertus, qui semper ferme dixerim, mammae exfurpationem concomitatur, dum illud symptoma jam adfuerit? Nonne metuenda magis est cancrosa per anastomosin facta partium internarum affectio, quam partis non adeo vitalis affectio magis externa? — Nonne hoc in casu operatione chirurgica in pejus vertitur morbus, dum omnis virus cancrosi vis unice dein ad partes dirigetur internas, quae antea divisa magis, atque quiescens veluti, in parte externa servabatur, dividebatur saltem? — Nonne dissuadenda igitur hoc in casu operatio chirurgica? — Sic saltem mihi videretur.

S. METASTASES.

Plura denique, ni fere omnia, quae in varia metastasium doctrina occurrunt phaenomena unice & potiori jure ex vaforum absorbentium decursu, nexu, anastomosi explicanda
judicaverim. — Magnus hic aperitur novae utique disquistitionis pro pathologo campus, sideli naturae observatione,
lampadis ad instar, praelucente, atque per tenebras, penitus jam in cognitas vel saltem nondum perquisitas, monstrante viam: —

In hac quoque sparta nobiliori vires ulterius tentare me-G 2 as optarem: — jubet autem necessitas, ut quae plura his addi possent, linquam tradenda alibi usque dum tempus magis opportunum, magis otiosum, faveat; novisque experimentis atque observatis, quae hac de materia notavi, confirmata, atque amplisicata habeam

Sufficiat itaque pauca haec rudiori tantum penicillo de fy-

Jam autem dum generaliora magis de fystemate absorbentium toto tradiderim, summi tandem HAHNII (1) verbis concludere liceat:—

Quanta sapientia! — quanta, quamque providens benignitas, ut ex coeteris, quas Auctor Naturae animantibus tribuit, rebus eximiis atque commoditatibus, sic ex contemplatione lymphatici apparatus elucescunt! — Quam solers subtilisque descriptio partium, quamque admirabilis fabrica singularum!

Omnia vero aptissime cohaerent & ad incolumitatem animantium quasi consentiunt: suntque ita facta ita locata, ut nihil eorum supervacaneum sit, nihil ad vitam retinendam levandamque non necessarium, nihil quo possit excogitari melius.

TANTUM.

ficients pro pathologo campes, liqui materia (b cryations),

(1) In praefatione ad HEWSONUM.

新教

THESES.

I.

Antrum Hygmori, sinus frontales, atque Etmoidales, muco praesertim revinendo non inserviunt, verum loquelae formationi.

facultate fermentationes fiftantill

Vesiculae seminales non sunt complexus cellularum communicantium, sed verus canalis convolutus.

dater valorum matrem inter. H Vocinin commerciain, nu

Vesiculae seminales false ab Anatomicis habentur liquoris see minalis, a testibus praeparati, receptacula, depositoria; — liquorem a seminali diversum continere visae sunt in plerisque ab J HUNTERO institutis experimentis: — Pleraque etiam dantur animalia, quae hisce vesiculis omnino carent: — Ipsae, quam continent, materiam secernere videntur, dum eadem plena reperiuntur, licet cicatrix aliusve obex detur, quominus, ne quiti la quidem, de vase deferente ad illas vesiculas, possit deferri: — Liquorem tamen has subministrare, ad soccundum cum aliis liquoribus semen constituendum, nullus dubito. —

IV.

Capsularum renalium usus incognitus: — Non ad organa uropoietica pertinere videntur, dum bisce absentibus plenarie, adesse tamen capsulae deprehendantur: — Mirus illorum cum crebro nexus talis, ut in acephalis, deesse quoque renales capsulae observentur.

color in atiqua parte action. V - bone-lympiomala torgire

Labyrinthus auris, aqua ab omni parte plenus, ne quid-

bernia inguinali fingi. No faceum bernialeen per totam

Respirationis functio pro parte voluntaria, pro parte autem involuntaria est: — Ex aëre inspirato, tanquam sonte principali bauritur calor animalis, methodo non secus ac electiva in Chemicis attractio interpraetanda.

G 3

VII.

THE SES

VII.

Digestionis negotium in homine merae solutionis Chemicae quasi processum esse tuce meridiana clarius probant acutissimi spallanzani experimenta: — Liquor gastricus vera gaudet facultate fermentationes sistente.

VIII. I may continued with falliv

Propriam sibi in Utero vitam trabit foetus: — nec ullum datur vasorum matrem inter & foetum commercium, nulla anastomosis. —

minalis, a tellibus praeparati.XI

Regenerantur omnes ferme in N. C. partes amissae, abscissae, modo vitales non sint: — regenerantur nervi, ossa, tenaines, membranae, cartilagines, aliaque. —

Firet cicarrya al. Krue ibea desur,

Petechiae non semper mali moris omina in febribus habende videntur.

XI.

Febris caussa proxima nec videtur esse fluidum aliquod, aut extranea materia in corpore gyrans; — Nec placet BOERHA-VII adamata opinio, lentor; — Nec & CULLENI debiluas, spasmus, reactio, mibi arrident: — Si verior aliquis proserenda foret caussa, banc sane coeteris anteponerem quae laesam ponit in cerebro functionem cum inordinata energiae nervosae in aliqua parte actione; — banc symptomata confirmare, suadere caussa remotae videntur.

In hernia inguinali simplici saccum hernialem per totam longitudinem cultro aperire nollem: — Qui ab Ill. POTTIO inventus est culter sacci herniosi discissioni non adeo favet; — cultro hic potius ejusdem figurae ac ille POTTII, verum in parte convexa secante, utendum.

TIV.

XIII.

THESES.

In capitain incomentarie and ad the horam cucluream refluctendum Allansoni amputandi methodus, per quatuor stadia, sic di-Eta. prae reliquis bucdum Parisiis, in Germania atque Hollandia secutis, maximopere mibi placet. -

Orania busines cognita gra. VAX is figura prababilitarem qui-

Exstirpatio magnarum articulationum, ab Ill. atque Expertissimo PARKIO, Chirurgo Anglo, primum proposita, ac saepius jam instituta, in morbis articulorum, ubi alias membrt amputatio foret necessaria, suadenda utique. -

americala VX

In ulceribus malignis, foetidis, atque in gangraenis liquoris gastrici applicatio proficua admodum. -

XVI.

Medicum legalem totum investigare cadaver oportet, neque sententiam proferre prius de absoluta aut bypothetica vulneris lethalitate, quam omnes rite perspexerit corporis partes: — Rei vita a Medici legalis sententia prolata dum pendeat, accuratisimam baec flagitat attentionem, & necessarium reddit, Medicum legalem Anatomes & Physiologiae optime gnarum babere.

XVII.

Hymenis membrana virginitatis signum haberi nequit, dum nec ejusdem absentia virginitatem amissam, nec praesentia foeminam declaret.

XVIII.

Caute utique Medico legali procedendum, si infantem, probabiliter a matre necatum, aut in carina inventum, examinandum habet: - Argumentum ex pulmonum gravitase specifica petitum fallax utique, ac incertum: - Caveat itaque, ne, infanticidio gravans matrem, Medicus for nsis banc sua culpa morte plectet incautus, & ipfe sic bomicidit reus evadat.

Synchondroseos pubis sectionem instituere vellem nunquam: lones fine maris interventu jurida

THESES.

In capitis incuneatione vel ad sectionem caesaream refugiendum judicarem, vel, urgente necessitate, perforatorio uterer instrumento.

XX

Omnia bucdum cognita graviditatis signa prahabilitatem quidem summam, non autem ipsam certitudinem veram in casu dubio dare possunt unquam.

in merber 1XX searum, ubs aines member

Secundinarum expulsionem, operosae prorsus naturae linquere nefandum: — Damnanda quoque placentae nimis cito, directe post foetum expulsum, per vim adhibitam extractionem; — Mediam semper providus viam sequetur obstetricans. —

XXII.

Magnesia alba calcinata prae illa valet, quae generatim in Pharmacopoeis obvia est: — eadem autem non nisi acido laborantibus purgat.

XXIII.

Magnesia alba, non calcinata, cum acido ex ventriculo bumano effervescit: — Cum sulphure autem, sicut alkalia coetera, bepar sulphuris constituit.

XX V.

Ipecacoanhae vi Emeticae antidotum est acetum.

ace ejusdem ableatia en giate, X X miljams ace pragenta se

Dantur septem alkalinorum species scilicet 1°. alcali vegetabile; 2°. alkali fossile, stricte sic dictum, 3°. calx, 4° terra ponderosa, 5°. magnesia, 6°. alkali volatile, & 7°. aër alkalinus.—

XXVI.

AEque in plantis, ac in coeteris regni organici objectis, foeminae & maris connubium videtur esse necessarium, ut species propagetur; — fallaciam itaque in experimentis latitantem suspicor, quae ab acutissimo Abbate spallanzani eum
in sinem instituta suere, ut plantarum soeminarum soecundationem sine maris interventu probaret.

ERRATA.

In Procemio lin. 3. peregrinarem lege peregrinarer - lin. 17. palestrae L. palaestrae Pag. 2. lin. 11. genuina fons aperta l. genuinus fons apertus lin. 18. adversarios l. adversarii Pag. 4. lin. 16. factum inventum 1. inventum lin. 20. observata facta l. observata Pag. 5. lin. 7. volvi l. volvo lin. 15. quod l. qui Pag. 12. lin. 4. laevis l. levis Pag. 13. lin. 19 non fuit: 1. non fuit, Pag. 23 nota k. mouro valvulusis l. monro valvulosis Pag. 26. lin. 5. subtiliorem 1. subtilius Pag. 27. lin. 18. cullularem 1. cellularem Pag. 28. lin. 2. vitium l. vitium Pag. 31. lin. 1. pulmonibus, obtineat l. pulmonibus obtinet. Pag. 35. lin. 1. adfiftere l. juvare lin. 3. conspicebatur 1. conspiciebatur Pag. 36. lin. 12. ramuli & ramulos lin, ultima nemini l neminem Pag. 41. lin. 19. inflecto L inflicto Pag. 43. lin. 6. lymphatica 1. lymphaticis Pag. 47. lin. 2. regurtitet 1. regurgitet Pag. 48. lin. 10. muniti 1. munitis Pag 51. lin. 20. del. pro Thesis 3. lin. 6. plena 1. plenae 11. lin 4. aliquis l. aliqua 18. lin. 2. carina l. latrina

21. lin. 3. extractionem l. extractio;

TRRATA

In Bronemio Big. 9, peregrinarera Age peregrinarer the pale of the pale true A paleofine entrops and emission to train and the organization and the despublication of the Lotter of Lott murantie & manager their I had in the agent line got the drutt lasts & observata The original states of the w tol Marriera Land Le their denoted halls were comment as action La sense india 3, inc Free out the State of America gradien at pulsosions, obtinent & polimonibus obtinet, Page of line 1. all lare' / juvate hit of empirichatus A confidence a In Month memor Line of the Page wir lite sp. simutelo & andicto Paris Art done as regionists & reported Park at Ing you mounted, unmines , organism sound and Thefigle, has a pient & piene replication of the second pristing of extractions in A countries